

L'ancienne bibliothèque de l'abbaye d'Averbode d'après les sources d'archives

(suite) *)

III. — NOTES SUR PRÊTS DE LIVRES, 1521-1566.

1521, juin 6.

Anno XXI^o, VI^a junii, concessimus Ludovico de Merbeke, senescallo de Ghele, fasciculum typis impressum, ligatum in magna forma, qui in hospicio nostro jacebat, ad legendum ex eo. quem restituere promisit ad requisitionem nostram. — Quem ex defuncto rehavimus per fratrem Martinum curatum de Eyndhout.

A. Av., I, reg. 13, fol. 18^{vo}.

1523, février 13.

Mobilia seu ustensilia que frater Gerardus de Erpe, cantor noster, promotus in prepositum de Keyserbosch, secum vexit ex Averbodio in recessu suo XXIII^o, XIII^a februarii,... It. Bibliam in magna forma, it. Sermones Vincentii, it. Sermones Pomerii, it. Sermones Grits, it. Sermones discipuli in magna forma, it. Summam Silvestrinam in duobus voluminibus, it. Summam Roselle, it. Sermones « Dormi secure », it. Decretales in parva forma, it. Opusculi sancti Augustini et sancti Bernardi in parva forma et multos alios libros non descriptos.

Ibidem, fol. 119^{vo}.

1529, octobre 4.

Ego, frater Dionisius vander Scaeft, presbyter religiosus monasterii Averbodiensis, confiteor me titulo mutui recepisse a prelado meo, domino Gerardo, abbate ejusdem monasterii, causa studii,

*) *Analecta Praemonstratensia*, XXXVI (1960), 62-112.

Corpus juris canonici, in quatuor voluminibus, videlicet institutiones imperiales, item decretum cum tabulis et margaritis Parisiis ; it. decretales cum summariis et textuum divisionibus Nuremberge et sextum decretalium cum clementinis et extravagantibus Joannis XXII necnon extravagantibus communibus in uno, id est quarto volumine Parisiis impressos. Que quidem quatuor volumina, in asseribus decenter ligata, restituere promitto dicto prelato meo aut ejus successori ad opus nove librarie fiende, dum desuper requisitus fuero. Teste manu mea propria huic apposita anno XXIX^o, mensis octobris die quarta. Ita est et ita fateor ego frater Dionisius vander Scaeft.

A. Av., I, reg. 14, fol. 161.

1533, mai 2.

Anno XXXII^o, II^a maii, dedimus accommodato fratri Lamberto de Diepenbeeck, circatori conventus Averbodiensis, unam Bibliam impressam anno MCCCCLXXXVI^o in magna littera et mediocri forma.

A. Av., I, reg. 44, fol. 17.

1533, décembre 24.

Anno XXXIII^o, XXIII^a decembris, dedimus ad usum fratri Petri de Mol, vinitori conventus, librum intitulum Auream rosam, in mediocri forma et littera, prout similiter in capite dicti libri scripsimus, salvo quod ad requisitionem nostram restituet ; adduxit ad curam et promisit reddere.

A. Av., I, reg. 16, fol. 179.

1533-1540.

Libri fratribus conventualibus accommodati : Biblia in mediocri forma, impressa 1486 ; Aurea rosa in mediocri forma et littera ; duo libri Pomerii de sanctis et de tempore ; Vita Jhesu in magna forma, impressa Lugduni ; Sermones Thesauri de sanctis et quadragesima in magna forma, impressa Argentine ; Epistole selecte Hieronimi ; Biblia impressa Antwerpie anno 1537 a Johanne Stelsio.

A. Av., I, reg. 44, fol. 328^{vo}.

1536, août 15.

Anno XXXVI^o, XV^a augusti, dedimus ad usum fratri Baltazaro de Hasselt, suppriori, duos libros Pomerii de sanctis et tempore, in magna forma ; et idem habet Bibliam superius nominatam fratri Lamberto Diepenbeek accommodatam. Ad requisitionem nostram restituet.

Frater Thadeus habet a nobis mutuo Vitam Jhesu cum alio quodam libro.

A. Av., I, reg. 16, fol. 179.

1538, début de juillet.

Anno XV^oXXXVIII^o, in principio julii, frater Johannes Wessen habet ab avunculo suo, magistro Johanne de Lira, licentiatu Theologie, unam novam Bibliam ; frater Guilhelmus, nepos domine de Cherna, habet ab ea Bibliam, et sanctum Bernardum, et brevium et diurnale Premonstratense, et quosdam alios libros juxta litteras magistri Guilhelmi, sacellani ejusdem domine.

A. Av., I, reg. 15, fol. 160.

1539, février 16.

Item anno 39^o, februarii 16^a, stylo Leodiensi, mutuavimus fratri Theodorico Ruremundensi Vitam Jhesu in magna forma impressam Lugduni, asseribus et corio rubro et nigro vestitam, et Sermones Thesauri de sanctis et quadragesima etiam in magna forma, impresse Argentine, restituendi ad nostram requisitionem.

A. Av., I, reg. 16, fol. 179.

1531, octobre.

Nota quod habet frater Gerardus Moer, curatus de Myerda superiori, multos et varios libros juris sub inventario, quibus nos Lovanii studentes usi eramus, restituendos ad nostram requisitionem cum inventario cujus copia est apud dominum Laurentium Ceelen, tunc temporis hospitem nostrum Lovaniensem. De dictis libris rursum per curatum prescriptum ad hospicium nostrum Lovaniense reportatis advehi curavimus Averbodium, anno XXXI^o in octobri, Jus civile, Bartholomeum, Paulum de Castro et Felicem super decretales, Archidiaconum super Decretum.

A. Av., I, reg. 15, fol. 124.

1540, octobre 21.

Item anno XL^o, XXI^a octobris, mutuavimus fratri Danieli de Leeuwis unam mediocrem Bibliam novam, Antwerpie anno XV^oXXXVIII^o impressam a Johanne Stelsio.

A. Av., I, reg. 16, fol. 179.

1540, octobre 31 - 1566. — *Livres prêtés aux conventuels par les abbés Denis vander Scaeft, Paul Ghielmans, Jérôme Smets, Mathieu 'S Volders et Gilles Heyns.*

Nos, fratres Nicolaus Amisii de Myerda et Cornelius Lips de Opperterren, religiosi Averbodienses, juvenes Lovanii studentes, fate-mur per presentes, ad instantiam nostram et ad causam studii exercendi Lovanii, recepisse in hospicio Averbodiensi a nostro reverendo domino et prelato, domino Dionisio vander Scaeft, libros sub-

scriptos, per eum nobis mutuatos et ad ejus requisitionem sibi restituendos. Primo quatuor partes fratris Nicolai de Lira in Vetus et Novum Testamentum impressas Nuremberge anno Incarnate Deitatis M^oCCCC^oXCVII^o, die vero sexta septembris, impensis Antonii Kobergers, prefate civitatis incole, in magna et equali forma et in asseribus cum clausuris ligatas. Item primam partem secunde partis sancti Thome de Aquino, impressam impensis domini Johannis de Knobloch, civis Argentinensis, per Henricum Gran in opido imperiali Hagenuw, anno M^oV^oXII^o, die vero altera post Epiphaniam Domini. Et primam partem ejusdem sancti Thome, impressam impensis domini Johannis per dictum Henricum in dicto opido, anno Virginei partus M^oDXII^o, in vigilia Annunciationis. Actum... anno Domini XV^oXL^o mensis octobris die ultima.

Item anno XL^o, mutuavit reverendus pater, dominus Dionisius vander Scaeft, per Henricum de Bona Domo ejus lectorem, fratri Danieli de Balren, religioso confratri et socio in Wesemael, Bibliam novam, qua uti solet dum viveret Johannes Vessem, juvenis professus.

Item anno XLI^o, januarii XV^a, stilo Leodiensi, studii et exercitii causa, mutuavit reverendus pater dominus Dionisius, abbas Averbodiensis, fratri Ambrosio Heetvelt, Lovaniensi, primam partem Gersonis. Prescriptam partem Gersonis recepit dominus per manus Johannis Moens, ejusdem lectoris, post mortem fratris Ambrosii, anno XLIII^o, IX^a martii stilo Leodiensi.

Libri traditi magistro Servatis a Puteo Bredano, lectore conventus. Imprimis recepit a reverendo domino Dionisio vander Scaeft duos libros, primo Consilia Generalia et Cassiodorum super psalterium. Item anno XLI^o, maii XII^a, post obitum domini Dionisii abbatis, pie memorie, mutuavit reverendus pater, dominus Paulus Ghielmans, abbas modernus, predicto magistro Servatio lectori conventus libros infrascriptos: imprimis Tractatum sacerdotalem Nicolai de Ploge, item librum de scriptoribus ecclesiasticis abbatis Spanheymensis, Titelmannum in epistolas Pauli, Valerium Maximum, summam peccatorum Cajetani, Ambrosii de Officiis, summam fidei Dionisii Carthusiani. Quos quidem libros anno, mense et die quibus supra, recepit magister Servatius, ex jussu ac mandato reverendi patris, domini Pauli abbatis, a Joanne Moens, lectore seu recitatore horarum domini. — Predictos libros restituit magister Servatius predictus reverendo domino per manus Joannis Moens, ejusdem recitatoris horarum, anno XV^oXLII, XX^a februarii, stilo Leodiensi.

Anno XLI^o, octobris XXIX^a, recepit mutuo a reverendo domino Paulo frater Nicolaus Amisii de Myerda, religiosus monasterii Averbodiensis, libros subscriptos: imprimis Catalogum sanctorum, sive ut vocant, Legenda sanctorum, editam a r^{mo} patre, domino Petro de Natalibus, episcopo Equilino, editam cum figuris sanctorum eidem annexis. Item, eodem die et anno, recepit sermones Gabrielis Biel de festis Christi et beate Marie virginis. Qui quidem libri illi traditi sunt per Joannem Moens, recitorem horarum domini. Item anno

XLII^o, nona martii, stilo Leodiensi, recepit frater Nicolaus Amisii de Mierda, cellerarius, per manus predicti lectoris sermones Gabrielis Biel de Tempore.

Anno XLII^o, martii 4^a, stilo Leodiensi, accepit mutuo dominus ac frater Petrus Hocx de Lovanio, sacrista monasterii Averbodiensis, a reverendo domino meo, domino Paulo Ghielmans, abbati ejusdem monasterii, libros subscriptos: imprimis opera sermonum divi Aurelii Augustini, item summam fidei Dionisii Carthusiani, editam Colonie anno a Virgineo partu MDXXXVI^o, item habuit preterea a reverendo domino meo Calepinum ex ultima neque prima editione, item recepit opera Simonis de Cassia, sacri ordinis Eremitarum Aurelii Augustini, etc. Anno quo supra, martii 8^a, stilo Leodiensi, recepit per manus Joannis Moens, lectoris reverendi domini Averbodiensis, Ricardum de Media Villa, ordinis divi Francisci, etc.

Dominus et frater Christianus de Zighenis, religiosus professus ac cantor monasterii Averbodiensis, recepit mutuo a reverendo domino Paulo libros subscriptos: imprimis Vetus Testamentum in duas partes divisum cum clausuris; prima pars continet Morales, videlicet Proverbia, Ecclesiasticum, Cantica, Sapientie, secunda pars continet libros legales, nempe Genesim, Exodum, Leviticum, Numerorum, Deuteronomiorum, et prescripti libri insigniti sunt nomine Gerardi abbatis, de Loen, Averbodiensis. Item recepit prefatus Christianus prescriptos libros a Johanne Moens, recitatore horarum reverendi domini. Item recepit idem Christianus sermones Pepini dominicales totius anni, tum de Evangeliiis, reverendi patris, domini Guilhelmi Pepini, S. Th. professoris Parisiensis. Recepit preterea sermones Quadragesimales predicti Guilhelmi Pepini in forma qua supra. Insuper recepit sermones Thesauri de Sanctis quondam fratris Johannis Peermans, presbyteri, qui hoc libro usus fuit anno X^o. Item XXX^a martii, anno XLIII^o, stilo Leodiensi, recepit per manus lectoris prefatus Christianus tertiam partem Biblie Regum, cum clausuris et nigro corio, quondam Henrici vander Scaeft prepositi, cujus nomen etiam in initio positum est.

Anno et die quibus supra [30 mars 1543] recepit mutuo, per manus Johannis Moens, lectoris, a reverendo domino, Antonius de Breda, religiosus ac diaconus Averbodiensis, libros sequentes: imprimis recepit sermones Discipuli de Tempore et Sanctis, una cum Promptuario exemplorum, in forma majori, quondam fratris Guilhelmi Valkenborch, alias Spee. Item recepit prefatus frater Antonius Guilhelmum Pepinum de Imitatione sanctorum, quondam Gerardi abbatis. Item recepit sermones pulcherrimos, variis Scripturarum doctrinis refertos, editos a Jacobo de Voragine, ordinis Predicatorum, quondam episcopo Janvensi. Item recepit predictus frater Antonius de Breda Cnagatorium Benemii, in cujus interstitio clausurarum scriptum est: XIII sermones Michaelis de Ungaria.

Frater Cornelius de Oppiteren, diaconus, recepit mutuo, per manus prenominati lectoris, a reverendo domino, anno et die quibus supra [30 mars 1543], imprimis sermones Discipuli de tempore et

sanctis, una cum Quadragesimali ejusdem. Recepit preterea sermones Pepini dominicales, tum de Epistolis tum de Evangeliiis totius anni, cum clausuris, quondam Gerardi abbatis. Recepit quoque Historiam Lombardicam, quamque Auream Legendam vocant, quondam fratris Henrici de Aerschot, pistrinarii.

Frater Martinus Leerze de Testelt, diaconus, recepit a reverendo domino, per manus ejusdem lectoris, anno et die quibus supra [30 mars 1543], libros subscriptos: recepit imprimis sermones « Dormi secure » de tempore, quondam Gerardi abbatis de Loen. Recepit quoque Bigam salutis de sanctis. Item recepit summam Johannis Valensis de Regimine vite humane, seu Margarita doctorum, dictam vulgariter Regimen mundi, quondam Gerardi abbatis.

Anno XLIII^o, XVI^a augusti, mutuavit reverendus dominus, dominus Paulus abbas Averbodiensis, Lovanii, in hospicio, domino et fratri Benedicto de Erp, investito de Rotzelaer, libros et volumina magna infrascripta: Corpus seu jus canonicum in se complectentia, etc: primo decretum imperiale, in magna forma cum clausuris, in quo scriptum est in initio ipsius libri: *Ad usum fratris Wilhelmi Spee de Valkenburch et curati de Oestmal*; scriptum est quoque in eodem: *Hunc ad tempus custodivit frater Dionisius vander Scaeft*. Recepit quoque mutuo a prefato domino nostro, in hospicio nostro Lovaniensi, decretales imperiales, cum clausuris in forma eadem sicut decretum, in cujus initio scripta sunt verba sequentia: *Ad usum fratris Wilhelmi Spee de Valkenborch*. Item: *Datur usus fratri Dyonsio vander Scaeft*. Item eadem die accepit a reverendo domino per manus Johannis Moens, lectoris ejusdem, sextum Clementine, in forma minori et in ejusdem libri initio notata sunt verba subscripta Ecclesiastici, 31^o, « Non comprimar in communi vino ». Acta sunt hec anno et die quibus supra, in aula hospitii nostri Lovaniensis, presentibus ibidem reverendo patre et Johanne Moens ejusdem lectore.

Anno XLIII^o, octobris I^a, mutuavit reverendus dominus Paulus, abbas Averbodiensi, per lectorem ejusdem, fratri Martino Leerze de Testelt, dyacono, sermones Discipuli de sanctis et de tempore in forma minori. Impressi fuerunt anno MV^oXX^o.

Eodem anno et die recepit mutuo a reverendo patre frater Christianus de Hugarden, dyaconus, imprimis unam partem Pepini, cujus alteram partem mutuo habet a reverendo domino frater Cornelius de Oppiteren. Item recepit per manus lectoris sermones Pomerii de tempore et de sanctis, in forma majori, cum clausuris, quondam fratris Jacobi Melis de Herentals, pittantiarii Averbodiensis dum vixit. Anno XLIII^o, martii XII^a, stilo Leodiensi, recepit mutuo prefatus frater Christianus a domino, per lectorem ejus, Conflatum vocabulorum, quondam Gerardi abbatis pie memorie, in cujus una parte scriptum est *Zuetendaele*.

Anno XLIII^o, octobris XIV^a, recepit mutuo Averbodii a reverendo patre, domino Paulo abbate Averbodiensi, frater Sebastianus

Balen, investitus de Glabbeeck inferiori, Bibliam in magna forma cum figuris in eodem libro impressis.

Anno XLIII^o, octobris XIII^a, dominica post Dionisii, mutuavimus fratri Johanni de Lovanio, curato in Blerick, ob incendium domus omniumque mobilium curati ac postmodum totius pagi de Blerick a Geldrensibus, tempore adventus imperatoris Caroli ante Venlo, in septembri, anno eodem, peractum, imprimis Bibliam, in duas partes divisam, cum clausuris ac in asseribus ligatam, quondam domini, fratris Ancelmi de Tielt, cujus etiam nomen in initio librorum scriptum habetur. Quos quidem libros anno et die quibus supra a nobis, domino Jheronimo abbate, per Johannem Moens familiarem nostrum recepit.

Anno XLVIII^o, februarii XXIII^a, stilo Leodiensi, mutuavit reverendus dominus Jheronimus fratri Johanni Vaes, vinitori Averbodiensi, per Johannem Moens cubicularium ejus, duas partes Biblie in majori forma ac in asseribus ligatas, repertas per dominum in vestiaria Averbodiensi etc., ex editione antiqua.

Item anno eodem, julii XII^a, mutuavit reverendus dominus fratri Ludovico Patroens de Vorst, proli decimali, imprimis sermones Discipuli de sanctis et de tempore, una cum Promptuario exemplorum, in majori forma cum clausuris; item Dictionarium Pauperum in minori forma cum clausuris; item Postillas majores super Quatuor Evangelistas et Epistolas Pauli, in pergameni ligatas cum una clausura; item Expositionem in Psalterium Ludolphi Carthusiani in majori forma.

Item anno XLVI^o, statim post Andree, post obitum curati de Coersel, recepit frater Theodricus de Ruremunda, camerarius, mutuo a reverendo domino tres partes Rogardi in parva forma, videlicet estivalem, hyemalem de tempore et hyemalem de Epistolis Pauli. Et recepit adhuc primam partem Haymonis in parva forma, et dicti libri relictii fuerunt et Averbodii dispositi post obitum dicti curati, unde inventarium invenies apud Exequias curatorum.

Anno XV^oXLVII^o, februarii IX^a, stilo Leodiensi, mutuavit reverendus dominus, dominus Matheus Rethi, abbas modernus, fratri Henrico Gruyters de Bladel, ordinato in socium de Wezemaël dominica Septuagesime anno XLVII^o, stilo Leodiensi, libros subscriptos: imprimis Bibliam ligatam in nigro coreo cum clausuris, impressam Antwerpiae in schuto Borgundie per Johannem Steelsium, qua usus fuit dum viveret frater Henricus Amisii de Myrda, cellerarius, sancte recordationis, et in dicta Biblia continetur vetus et novum Testamentum, cum annotationibus brevibus ex doctissimis interpretationibus et Hebreorum commentariis; item sermones Pomerii, tam hyemales quam estivales, in minuscula forma, cum clausuris, qui inventi sunt post obitum fratris Thome de Eersel, curati de Coersel, sancte recordationis; item recepit prefatus frater Henricus sermones dominicales Gabrielis Biel, theologi, de tempore et de sanctis per totum annum, et ligati sunt in corio cum clausuris; item recepit adhuc parvum librum, in coreo rubro ligatum, absque

clausuris, cujus titulus est: Summa peccatorum reverendi domini, domini Thome de Vio Cajetani cardinalis, impressum anno XV^oXXIX^o, et post obitum fratris Thome de Eersel, curati in Coersel, inventum et inventisatum. In predictorum testimonium et fidem frater Henricus Bladel prefatus manum suam propriam hic apposuit.

(signé) frater Henricus Bladel.

Libri mutuati fratri Petro Hoxio, quondam pistrinario, moderno curato in Oistham, cujus libri in incendio pistrini anno 48^o, feria 4^a in Pentecostablibus, una cum vestibus ac domus ustensilibus combusti fuerunt.

Anno XLVIII^o, junii XIX^a, ante profectionem versus curam de Oistham, recepit frater Petrus de Lovanio, curatus modernus de Oistham, mutuo et ad usum a reverendo in Xristo patre, domino Matheo abbate Averbodiensi: imprimis sermones Vincentii, partem videlicet hyemalem de tempore; Pupulam oculi, Auream rosam, videlicet expositiones super Evangelia totius anni de tempore et de sanctis; sermones dominicales totius anni, tam de Evangeliiis quam de Epistolis; fratris Guilhelmi Pepini partem secundam; Catherinam auream super Matheum et Marcum; Confessionale Godschalci; summa Roselli in parva forma; sermones dominicales de tempore Gabrielis Biel; summam Silvestrinam.

Anno LI^o, februarii XXI^a, stilo Leodiensi, mutuavit reverendus dominus fratri Antonio de Sancto Trudone opera divi Aurelii Augustini, ligata in parva forma, cum clausuris, in cujus initio libri sic scriptum habetur manu dicti reverendi domini: *Pro monasterio Averbodiensi, 1551.*

Eadem die dedit adhuc mutuo dicto fratri Antonio, circatori, sermones Gabrielis Biel de tempore et de sanctis, in parva forma cum clausuris, quibus frater Nicolaus Bladel, pistrinarius usus est ante mortem, ut folio precedenti.

Libri monasterii fratribus distributi, anno LXVI^o, ab Egidio abbate.

Fratri Jacobo Byamonts, suppriori: Homiliarium doctorum; Claudium in Epistolas Pauli; Haimonem in Isaiam.

Fratri Johanni Cuyck a Diest: Paraphrases in duos Evangelistas, in Epistolam ad Romanos, cum quibusdam epistolis Erasmicis, ad Corintheos, utramque Galathas, Titum et in Acta et Cantica et in omnes ad Paulum epistolas, excepta ad Ephesios; Lanspergium de sanctis; Homiliarium doctorum.

Fratri Ruthgero ab Exel: totum Chrisostomum in parva forma, impressum Antwerpie a Stelsio anno LVI^o.

Fratri Henrico a Bree: Dionisium Carthusianum in omnes Evangelistas.

Fratri Theodorico a Gorssum, cantori: Homiliarium doctorum; item opuscula beati Augustini; Johannis Cossensis Consolatio.

Fratri Adriano a Bruxellis: Centurias Nausee tres; Biblia antiqua.

Fratri Andree Balensi, priori: Ambrosium in tribus voluminibus et opera Bernardi.

Fratri Georgio Bonroy a Veerle: bonum volumen ex operibus Augustini et epitome sermonum Nausee; Dyonisii Carthusiani Orthodoxe fidei libri duo; Perfectionis speculum, auctore Antonio Hemerio Calepman.

Fratri Guilhelmo van Houden, succentori: Centurias tres Nausee et epistolare Jheronimi.

Fratri Hermannno Horstio: Homiliarium doctorum.

Fratri Engelberti Beets, Holiensi: primum, secundum, tertium, quartum et quintum tomos Chrisostomi.

Fratri Johanni Peelmans a Lovanio: sermones Lanspergii super evangelia et epistolas dominicalia.

Fratri Paulo Mensio a Meerbeek: sermones Haymonis.

A. Av., I, reg. 150, fol. 130-135^{vo}.

IV. — TRAVAUX EXÉCUTÉS À LA NOUVELLE BIBLIOTHÈQUE
CONSTRUITE PAR LE PRÉLAT MATHIEU 'S VOLDERS, 1562-1565.

1) *Boiseries et sculptures.*

Anno XV^oLXII^o, februarii XIII^a, stilo Leodiensi, heeft Anthonis van de Bluecke, beeltsnijder tot Diest woenende, aengenomen teghen den prelaet des goidshuijs van Everbode, heeren Matheeusen van Rethy, te snijden veel diversche siragien om aen d'welfzel der librijen van Everbode voirscreve te hangen, in der manieren hier nae volgende: in den iersten sal Anthonis voirscreve snijden de Twelf Apostelen, den tweeden de Vier Evangelisten, ende voirts veel diversche carthoezen ende zatters, alzoó dat de voirscreve stucken voergerekent zullen beloopē op 64 diversche stucken, voer welcke stucken, in der manieren als boven gesneden, de voirscreve Anthonis sal hebben in 't geheel 27 carolus gulden eens, elcken carolus tot 20 stuvers Brabants gerekent, sonder fraude ende argelist. Aldus gedaen op datum voirscreve. Daer bij ende aen zij geweest, als getuijgen, heer ende bruer Jan Mentens, camerlinck des goidshuijs oft prelaets van Everbode, ende Jun Sroijen, scrijnmaker des selfs goidshuijs.

Anno prescripto octobris 12^a, nae dijen de voirscreve lijbbrije geheelijcken overwelft is geweest, doer faute van scrijnsmaker van Everbode voirzecht, eest noitzakelijcken geweest dat tusschen de muere ende onderste plaije van de welfzel der librijen voirscreven, op beijde zijden, zouden noch ingebracht woirden zeeker scrijnhout, om de plaetse tusschen de muere ende plaije wesende te be-

decken, d'welck bij den scrijnmaker gedaen zijnde, is de prelaet voirscreve, tot siragie van dijen, met Anthonis van de Bleucke voirnoemt overcoemen dat de selve soude snijden 32 stucken, soo in carthoezen, zaters als leuwshoeffden, daer voer hebbende tzamen $4\frac{1}{2}$ der voirscreve carolus gulden, sonder fraude ende argelist. Aldus gedaen anno et die prescriptis.

Anno LXIII^o, martii XIII^a, stilo Leodiensi, heeft Anthonis voirscreve teghen den voirscreven prelaet noch aengenomen te maken oft te snijden des prelaets voirnoemt wapen, met de siragie van den balcken in de liberije te duwers liggende, in formen ende manieren hier nae gescreven: in den ijersten sal Anthonis voirscreve snijden twee capiteelen, twee clauwen, twee zaters ende 28 lampetten, eensdeels tot behoef van der voirscreve wapenen, ende eensdeels totten voirscreve balcken, voer ende omme 6 der voirscreve carolus gulden, sonder fraude ende argelist. Actum anno et die prescriptis. Welcke 6 carolus gulden anno ut supra, julii XXVIII^a, de voirscreve Anthonis, doer handen Matheeus Tsvolders, van den prelaet voirscreve ontfanghen heeft.

Item aprilis sexta, stilo Leodiensi, heeft Anthonis voirscreve teghen heer Matheus van Rethy, abt des goidshuijs van Everbode voirnoemt, aengenomen te maken oft te snijden allen de wanckstucken totter voirscreve librijen behoerelijck, waeraff d'een helicht sal gesneden woirden met bishoppen, ende de andere helicht met hertoghen van Brabant, in der manieren hier nae volgende: in den ijersten dat alle de wanckstucken, daer de bishoppen ende hertoghen op gesneden zelen woirden, sullen hooch zijn van der plaijen $5\frac{1}{2}$ voet, breedt 16 duymen. Ende de personagien zelen hooch wesen $2\frac{1}{2}$ voet. Welcke personagien de voirscreve beeltsnijder sal snijden met half talije. Item alle die wanckstucken, die over oft in den middelsten ganck van den librijen sullen staen, selen beziide de personagien hebben zaters oft termen, welcke zaters oft termen sal Anthonis zeer reijnlijcken snijden. Item de voirnoemde Anthonis sal noch snijden, boven den boghe, twee zittende gheeskens met half talije, ende in de half ruijt hier boven staende sal hij snijden een compertiment oft ijet anders, ende boven de half ruijt twee zaters met heel talije, lanck zijnde $1\frac{1}{2}$ voet, waer boven sal coemen het pedestael van de screijnmaker gemaickt, ende hier op sal de beltsnijder snijden een eengelken met eenen schilt, ende op de onderste frijzen sal hij snijden twee carthoezen. Item de achterste wanckstucken, op beide zijden, selen oijck, als voer, met personagien gesneden woirden met half talije. Maer boven den boghe sal de beeltsnijder snijden een loeffwerck met rollen, waer op sal coemen een half ruijt van de scrijnmaker gemaickt, in de welcke sal Anthonis voirscreve snijden een compertiment, oft eenige andere fantazije, ende boven de ruijt sal Anthonis snijden 2 zaters met heel talie uijt den selven houte.

Welcke voirscreve stucken gesneden nijet achter, maer beeter ende van meerdere prijze oft estimatie dan de twee wanckstucken, voer datum van desen bij den selven Anthonissen gesneden, sal hij hebben in 't bezundert voer twee stucken tot eenen lessenair dienende, d'een doer d'ander, 6 $\frac{1}{2}$ der boven gescreven carolus gulden, sonder fraude ende argelist. Actum est anno et die prescriptis, in presentia Peter Handers ende Matheeus Tsvolders, getuijghen.

Waervan de lessenairs opte voirscreve librije staende beloepen op 28 lessenairs, maickt in gelde 't zamen, elken lessenair als voer op 6 $\frac{1}{2}$ carolus gulden gerekent, de somme van 182 carolus gulden. Op welcke somme ick, Anthonis van den Bleucke voirscreve, hebbe op diversche daghen ende tijden tsamen ontfanghen de somme van 163 der bovengescreven carolus gulden. Des t'oirconde, hebbe ick Anthonis voirscreve mijn eijghen ende gewoonlijck handteecken hier onder gestelt, anno LXV^o, den XVII^{en} april, stilo Leodiensi. (*marque de l'artiste*).

Et sic restant adhuc 19 carolus de welcke, op datum als boven, ick Anthonis voirscreve ontfanghen hebben. Deses t'oirconden hebbe ick Anthonis mijn hanteken hier onder gestelt.

(*même marque*).

Item anno et die prescriptis, dedit reverendus dominus, de speciali gratia, filio legitimo Anthonii van Bleucke prescripti 35 stuf. Brab.

Item anno LXV^o, aprilis XI^a, heeft Jochom Brants, tot Diest woenende, geleverd tot Everbode 89 houde aragie appels, boven op te carnissen van elcken lessenair der nieuwen liberijen tot Everbode voirscreve staende, waer voer, op datum voirscreve, heer Matheeus van Rethy, prelaet des goidshuijs voirscreve, doer Matheeus Tsvolders, betaelt heeft tsamen 2 carolus gulden, 2 stuvers Brabants. Item heeft Jochom voirscreve noch gedraid 2 pilerien, staende op te voirscreve librije, aen des prelaets wapen, ende daer voer betaelt tsamen 4 stuvers.

A. G. R. B., archives ecclésiastiques, reg. 4963, fol. 211-212.

2) *Serrures et accessoires pour les pupitres de la bibliothèque.*

Anno LXIII^o, aprilis XII^a, heeft Jan Marien, alias Rouwosfch, aengenoemen teghen den eerweerden heer, heer Matheus van Rethy, abt ende prelaet des goidhuijs van Everbode, te maken tot elcken lessenair der nieuwe librijen van Everbode voirscreve, met zijnen toebehoirten, een sloot, om daer mede te bevrijen een ijseren gheerde boven op elcken lessenair liggende, de welcke zal bewaeren allen de boecken die aen de selve ijseren gheerde met ijseren ketenen gehangen selen woirden. Item heeft noch geloift te maken een ijseren roesken, oft plaetken, met diversche letteren, om voer op

elcken lessenair te setten, in der manieren gelijk hem dat bij den scrijnmaker van Everbode zal woirden geordinneert. Ende totten boven gescreven slooten, op eender manieren ende faitzoen gemaickt, zal hij den voirscreven prelaet leveren twee sleutels. Van welcken sloot ende raeskens tot elcken lessenair, in der manieren als boven gemaickt, zal hij hebben int bezundert eens 10 stuferos Brabantie, loepende tsamen van 28 lessenairs op 14 carolus gulden. Item is voirwaerde dat zoo wanneer enenighe cranmen, oft enenich ijsenwerck van de slooten, met oblagen aen dese voirscreve lessenairs braecken, oft om stucken gesmeten woirden, dat als dan Jan voirscreve gehouden zal zijn t'selve te hermaken ende te beeteren, sonder fraude ende argelist. Dits geschiet tot Everbode, opte nieuwe librije, anno et die prescriptis. Daer bij ende aen zijn geweest, als getuijgen, heer Everardt Smeijers, Hans van Arschot, Anthonis vande Bleucke ende Matheus Tsvolders, hier toe geroepen.

Desuper recepit anno ut supra, maij XX^a, Averbodii 2 $\frac{1}{2}$ carolus. Item octobris tertia, eodem anno prescripto, Averbodii, recepit adhuc 7 carolus. Item anno LXV^o, XI^a aprilis, stilo Leodiensi, recepit adhuc 4 $\frac{1}{2}$ carolus, constituendis pariter 14 carolus. Et sic solutum.

Daer nae, anno XV^oLXV^o, maii septima, heeft Jan Marien voirscreve tot Everbode noch aengenoemen te maken diversche ijsere verteende plaetkens, in der formen ende manieren als Jannen, in pargament, bij den prelaet van Everbode oft de zijne, overgegeven ende beweesen is, om daer mede de ijsere ketenen aen de boecken vast te maken. Voer ende omme elck plaetken $\frac{1}{2}$ stuver Brabants.

Desuper deliberavit nobis Joannes Marien prescriptus 100 petias ferreas, confectas in forma prescripta, anno LXV^o, 8^a junii. Quas, eodem die, prescripto Joanni, Averbodii, solvimus. Et sic solutum.

Item anno ut supra, septembris XIII^a, deliberavit prescriptus Johannes adhuc Averbodii 35 petias ferreas stagnatas, confectas ut supra, quamlibet pro $\frac{1}{2}$ stufero Brabantia. Valent 17 $\frac{1}{2}$ stuferos.

Ibidem, fol. 62.

3) Vitrages placés dans la bibliothèque.

Anno XV^oLXII^o, septembris XIII^a, heeft Georgius de Steijvoert, vitrifex Diestensis, tot Everbode geleverd, opte nieuwe librije, in den ijersten 4 gelasen naet zijden staende, elck groot wesende 31 voeten, valet 124 voeten, elcken voet voer 2 $\frac{1}{2}$ stuferis, maickt tsamen 15 $\frac{1}{2}$ carolus. Item heeft de selve noch geleverd 7 gelasen noordt waerts, elck groot 20 voeten, valet 140 voeten, beloopt in gelde 17 $\frac{1}{2}$ carolus. Item noch een gelaes naet zijden, groot 18 voeten, beloopende in gelde 2 carolus 5 stuferos. Summa totalis valet 35 carolus stuferos. Quos reverendus dominus, anno et die prescriptis, Georgio solvit.

Ibidem, fol. 227.

V. — SAISIE DES LIVRES DE LA BIBLIOTHÈQUE CONVENTUELLE
DEMEURÉS À AVERBODE APRÈS LA SUPPRESSION DE L'ABBAYE,
AINSI QUE DU MOBILIER DE LA SUSDITE BIBLIOTHÈQUE, 1797-1798.

1797, juin 24. — Le commissaire du pouvoir exécutif de la municipalité de Montaigu, J. B. Popelemont, notifie aux administrateurs du département de la Dyle qu'en exécution de leurs ordres, il s'est rendu à l'abbaye supprimée d'Averbode pour y dénombrer les livres de l'ancienne bibliothèque conventuelle. Il y a 2987 volumes, soit 290 in-folio, 727 in-quarto, 1970 in-octavo et « minoris formae ». Personne ne voulant se charger de les conduire à Louvain, il faudra les faire prendre par convoi venu de cette ville.

Montaigu, le 6 messidor an 5.

A. G. R. B., Papiers du département de la Dyle, liasse 621².

1797, juin 30. — Le Jury des Arts et des Sciences propose aux administrateurs du département de la Dyle de confier au citoyen Boschaert le soin de faire transporter à Bruxelles les tableaux et les boiseries de la bibliothèque d'Averbode.

Bruxelles, le 12 messidor an 5.

Ibidem.

1797, juillet 2. — Les administrateurs du département de la Dyle font savoir à J. B. Popelemont qu'il serait trop onéreux d'envoyer des voitures de Bruxelles pour le transport des livres. Il faut prendre des louageurs sur place, en les assurant qu'ils seront indemnisés pour leur prestation. Ceux qui ont refusé de le faire pensaient, sans doute, qu'ils ne seraient pas payés.

Bruxelles, le 14 messidor an 5.

Ibidem.

1797, juillet 21. — Le commissaire Popelemont répond aux administrateurs du département de la Dyle qu'il a invité les agents municipaux des communes de Sichein et de Testelt, voisines de l'abbaye d'Averbode, de lui procurer des voitures pour le transport des livres, mais qu'ils refusent de le faire.

Montaigu, le 3 thermidor an 5.

Ibidem.

1797, juillet 23. — Les administrateurs du département de la Dyle permettent au commissaire Popelemont de s'adresser à la municipalité de Diest, et éventuellement à celle de Louvain, pour le transport des livres, en indiquant soigneusement le nombre des voitures requises.

Bruxelles, le 5 thermidor an 5.

Ibidem.

1797, août 7. — Les administrateurs du département de la Dyle notifient à l'administrateur de Louvain que les livres provenant de la bibliothèque d'Averbode seront transportés au couvent des Augustins de cette ville.

Bruxelles, le 16 thermidor an 5.

A. G. R. B., Papiers du département de la Dyle, liasse 621.

1797, novembre 22. — Note du citoyen Boschaert sur les boiseries de la bibliothèque de l'abbaye d'Averbode. Projet de les transporter à Bruxelles pour l'Ecole centrale. On y lit entre autres :

Bruxelles, le 5 vendémiaire an 6.

A. G. R. B., Papiers du département de la Dyle, liasse 621².

1797, novembre 22. — Note du citoyen Boschaert sur le local de la bibliothèque de l'abbaye d'Averbode. Projet de la transporter à Bruxelles pour l'Ecole centrale. On y lit entre autres :

La bibliothèque mesure 126 pieds de longueur et 34 de largeur. Elle est boisée dans sa totalité et reçoit le jour de 18 grandes fenêtres. Les embrasures boisées ont 2 pieds 3 pouces de largeur et 15 pieds de hauteur. Les entre-deux des fenêtres mesurent 7 pieds en dehors et 4 pieds 2 pouces en dedans. Chaque entre-deux des fenêtres contient 11 planches sur lesquelles les livres étaient placés. Les entre-deux sont boisés en dehors et en dedans. Au dessous des fenêtres se trouve une espèce de pupitre de 7 pieds de longueur et de 21 pieds de large. La hauteur totale de la boiserie est de 26 pieds, une double corniche règne à l'entour. La porte d'entrée est ornée de deux colonnes et de deux pilastres. Le fond qui se termine en oval est orné de même.

Je ne crois pas me tromper en portant à 12000 pieds carrés la totalité de cette boiserie de bois de chêne de la meilleure qualité et de la plus parfaite conservation.

Une planche de chêne de 99 $\frac{1}{2}$ pieds de longueur fait un orne-

ment curieux au milieu du plancher ; elle a 2 pieds 5 pouces dans sa plus grande largeur et 14 pouces à son extrémité opposée.

Bruxelles, le 2 frimaire an 6.

Ibidem.

1797, novembre 25. — Extrait du protocole de la séance des administrateurs du département de la Dyle. Sur le rapport du citoyen Boschaert on a décidé de transporter à Bruxelles, pour être placées dans les bâtiments de l'Ecole Centrale, les boiseries et ornements de la bibliothèque de l'abbaye supprimée d'Averbode. Le citoyen Boschaert sera chargé de procéder au démontage des pièces et de les faire porter à Bruxelles.

Bruxelles, le 5 frimaire an 6.

Ibidem.

1798, janvier 13. — Proposition du menuisier Gilles Collon de Diest de démonter la bibliothèque d'Averbode et de faire transporter la planche, incrustée dans le parquet, au couvent supprimé de Sichem, le tout pour la somme de 150 flor. de Brabant.

Diest, le 24 nivôse an 6.

Ibidem.

1798, février 11. — Le citoyen Boschaert propose aux administrateurs du département de la Dyle de confier le transfert des boiseries d'Averbode à la femme Laury de Malines, qui est prête à le faire par bateau. Il faudra convenir du prix. Boschaert s'est rendu à Averbode, où l'on démonte les boiseries de la bibliothèque. Il espère que les acquéreurs autoriseront l'enlèvement d'une planche curieuse du parquet de la susdite bibliothèque pour être placée au Musée. Renseignements complémentaires sur les orgues et les marbres de l'église.

Bruxelles, le 23 pluviôse an 6.

Ibidem.

1798, février 12. — Le commissaire du directoire exécutif de Montaigu, Boonardel, signifie aux administrateurs du département que les acquéreurs de l'abbaye supprimée d'Averbode s'opposent à l'enlèvement du parquet de la bibliothèque. Il y a donc lieu de lui faire parvenir une copie conforme des décisions prises à ce sujet par l'autorité centrale le 5 frimaire et le 6 pluviôse derniers.

Montaigu, le 24 pluviôse an 6.

Ibidem.

1798, février 17. — Extrait du procès-verbal d'une séance de l'administration centrale du département de la Dyle. L'administration centrale se réserve les objets précieux de l'église abbatiale d'Averbode et les boiseries de la bibliothèque du monastère, qui n'ont pas été compris dans la vente de l'abbaye lors de sa suppression. Le citoyen Boschaert sera envoyé sur les lieux pour examiner les objets en question et désigner ceux qui mériteraient d'être transportés à Bruxelles.

Bruxelles, le 23 pluviôse an 6.

Ibidem.

1798, février 20. — Le citoyen Boschaert fait part aux administrateurs du département de la Dyle des conditions auxquelles la veuve Lory de Malines s'engage à transporter par bateau à Bruxelles les boiseries de la bibliothèque d'Averbode. Il joint à son rapport la déclaration de la femme, datée du 7 courant, portant à 180 florins argent courant la somme exigée pour faire le transport.

Bruxelles, le 2 ventôse an 6.

Ibidem.

1798, mars 4. — Les administrateurs du département de la Dyle se rallient à cette proposition et chargent Boschaert de veiller à son exécution.

Bruxelles, le 14 ventôse an 6.

Ibidem.

1798, avril 6. — Quittance délivrée par le lieutenant de la 5^{me} compagnie du 1^{er} bataillon de la 53^{me} brigade pour indemnités, reçues du menuisier Collon de Diest par les quatre volontaires, qui ont accompagné les boiseries de la bibliothèque d'Averbode à Aerschot.

Montaigu, le 17 germinal an 6.

Ibidem.

1798, mai 8. — Rapport de Boschaert au sujet des travaux exécutés par lui pour l'administration centrale. Il a fait transporter à Diest la planche curieuse, incrustée dans le parquet de la bibliothèque d'Averbode. Il faudrait promptement la transmettre à Bruxelles, mais les travaux sont arrêtés par suite du retard mis à payer les ouvriers. Ceux qui ont transporté les boiseries jusqu'au Démer

refusent de poursuivre leur travail pour ce motif. Prière de prendre les dispositions requises.

Bruxelles, le 19 floréal an 6.

Ibidem.

1798, mai 12. — Ordre de paiement par l'administration centrale à la veuve Loré, hôtelière à Malines, pour avoir transporté à Bruxelles les boiseries d'Averbode.

Bruxelles, le 23 floréal an 6.

Ibidem.

1798, juin 25. — Etat des ouvrages faits à Averbode par le menuisier Collon de Diest, pour démonter des tableaux, la planche incrustée dans le parquet de la bibliothèque, et la transporter à Sichem puis à Diest, pour descendre les armoires de la même bibliothèque transférées à Airschot et démonter les stalles du chœur de l'église. Montant des dépenses occasionnées de ce chef.

Diest, le 7 messidor an 6.

Ibidem.

1798, juillet 20. — Décision de l'Administration centrale du département de ne pas donner suite aux réclamations du menuisier Collon de Diest. Il prétendait avoir subi des dommages notables lors des travaux de démontage des boiseries et parquets de la bibliothèque d'Averbode ainsi que de leur transport dans le couvent supprimé de Sichem, au début du mois de mars passé. — Pièces de réclamations de l'intéressé jointes au dossier.

Bruxelles, le 2 thermidor an 6.

Ibidem.

VI. — PIÈCES RELATIVES À LA SAISIE DES LIVRES À OPITTER,
1818-1820.

1818, novembre 11. — Procès verbal dressé par De Borman, juge de paix du canton de Brée, d'une saisie faite au domicile d'Ignace Sleurs, curé à Opitter. On y a découvert une caisse remplie de reliques, quatre coffres renfermant des archives avec une série de registres, enfin une bibliothèque. Le curé a déclaré que ces objets et papiers appartenaient à l'abbaye supprimée d'Averbode. Les archives ont été transférées au bureau de l'enregistrement ;

les scellés ont été apposés sur la chambre renfermant la bibliothèque.

A. Av., I, liasse 20.

1819, juin 19. — Inventaire descriptif des livres de l'abbaye supprimée d'Averbode saisis chez Ignace Sleurs, curé d'Opitter. Il a été rédigé par le vérificateur Bouvier en présence du juge de paix du canton de Brée, Deborman, de son greffier van Houdt, du receveur des domaines à Brée, Deborman, et du curé Sleurs. Le catalogue compte 1380 articles, soit un total de 3500 livres. A part quelques manuscrits et imprimés des XV^e et XVI^e siècles, les livres datent en majorité du XVII^e et surtout du XVIII^e siècle.

Comme manuscrits, à signaler : n° 271 : *Liber evangeliorum* ; 272 : *Summa Raimundi* ; 301 : *Petrus Comestor* ; 388 : *Acta et decreta synodalia*. Comme incunables :

n^{os} 111 : *Marsilii Ficini in Plotinum*, 1492.

121 : *Summa distracto vitiorum*, 1496.

197 : *R. Pissis, theologia* (2 vol.), 1473.

204 : *Cronicon Cronicorum*, 1493.

335 : *Astaxani, summa theologia*, 1479.

354 : *Joannes Andreas, in sexto decretalium et Clementinis*, 1476.

1140 : *Biblia sacra*, 1491.

1310 : *Gregorii moralia in Job*, 1496.

1316 : *Missale Cameracense*, 1490.

Ibidem.

1819, septembre 8. — Sommutation, intimée au nom de l'administrateur des domaines au curé Sleurs, de remettre aux mains des officiers du gouvernement la bibliothèque cachée chez lui, celle-ci appartenant à l'Etat depuis la suppression de l'abbaye d'Averbode dont les propriétés ont été déclarées biens nationaux.

Ibidem.

1820, février 11. — Mémoire rédigé par le curé Sleurs et remis à l'administration des domaines. Les livres conservés dans la cure d'Opitter appartiennent aux religieux d'Averbode comme propriétés personnelles. Ce sont des volumes placés dans les cellules des chanoines et qui n'ont pas été compris dans le catalogue de la bibliothèque claustrale dressé par les commissaires de la République

en 1796. Les volumes en question ont été cachés à Venlo de 1794 à 1818 puis rapportés à Opitter. Ceux compris dans l'inventaire des biens et objets de l'abbaye supprimée, dressé en 1796, ont été expédiés à Bruxelles et donnés à la Bibliothèque nationale.

Ibidem.

1820, mars 8. — Mémoire en sens contraire de l'administrateur du domaine. Les 3000 à 4000 volumes cachés à Opitter n'appartiennent pas aux religieux comme possessions personnelles mais au monastère. Ils ont été envoyés à l'étranger pour ne pas être confisqués par les français. Des volumes ont été retrouvés perdus dans les bois d'Averbode ; ils étaient tombés des chariots emmenés par les fuyards. En 1800, le curé Sleurs vint se fixer à Venlo où il rassembla les volumes dispersés jusqu'à ce moment. Dans la suite il les emporta à Opitter lorsqu'il devint curé de cette paroisse. Sleurs est convaincu de la fausseté de ses allégations. Il a offert 2000 florins pour ne plus être inquiété.

Ibidem.

1820, juillet 26. — Nouvelle déclaration dans le même sens de l'administration des domaines. Les livres ont été cachés en Allemagne pendant les troubles. Ils ont été ramenés dans la suite. Ils appartiennent donc au Gouvernement.

Ibidem.

VII. — LIVRES CÉDÉS À LA NOUVELLE UNIVERSITÉ DE LIÈGE.

1822, juin 5. *La Haye.* — *Lettre du ministre de l'intérieur M. Falck aux curateurs de l'université de Liège à propos de la bibliothèque de l'abbaye supprimée d'Averbode qui a été cédée à la susdite université. Le ministre transmet une note rédigée lors de la cession.*

« Cette bibliothèque contient environ 8000 volumes dont la majeure partie sont des ouvrages de théologie. Mais dans leur nombre il y a des livres très précieux : plusieurs bibles d'une haute valeur (une estimée à 500 fr.), les plus célèbres commentateurs de la bible, une collection assez riche des saints Pères et les ouvrages les plus distingués sur l'histoire ecclésiastique, la collection des Bollandistes presque complète, les conciles généraux de l'Allemagne et beaucoup de traités importants concernant l'histoire ecclésiast-

tique et le droit canon. Parmi tous ces ouvrages il y a beaucoup d'éditions du XV^e siècle dont le prix est fort élevé.

Les ouvrages hors la théologie concernent la littérature ancienne, les antiquités et l'histoire. Nous distinguons plusieurs des meilleures éditions d'auteurs classiques grecs et romains, tous les grands recueils d'antiquités (*Thesauri antiquitatum*) publiés par les savants philologues de la Hollande. S'il y avait le dernier supplément en 3 volumes par POLLENUS, toute cette collection vaudrait 2500 fr.

Parmi les ouvrages sur l'histoire, il y a beaucoup de *chroniques*, de cartes géographiques, des ouvrages sur l'histoire universelle, sur l'histoire des juifs et des peuples modernes, des recueils concernant la diplomatie, comme la collection des bénédictins de Saint-Maur et de Mabillon.

Il y a aussi des ouvrages de droit, une des meilleures éditions du *Corpus juris*, il y a des manuscrits dont un fort ancien de la Bible est de toute beauté !

Il y a en outre quelques ouvrages des sciences, comme par exemple la grande encyclopédie de DIDEROT et d'ALEMBERT, le voyage du Danube et autres etc., etc.

On ne saura point encore déterminer la valeur de la bibliothèque avant que l'on ait tout examiné. Il est vrai qu'il y a beaucoup d'ouvrages incomplets qui doivent se trouver encore dans les mains des moines. Il y a des doubles aussi dont la vente nous pourra procurer quelque argent ».

Document publié dans P. NAMUR, *Histoire des bibliothèques publiques de la Belgique*, t. III, p. 159-160. Bruxelles et Leipzig, 1842.

ADDENDA

1) Il vient de paraître, après l'impression de la première partie de la présente étude, un article de M. BUSSELS, *Lotgevallen van de biblioteek van de abdij van Averbode (begin 19^e eeuw)*, dans *Limburg*, 1960, t. XXXIX, p. 206-214.

2) Vente de livres en 1465.

Anno LXVII^o, septembris XVI^a, emit magister Bernardus, ludimagister in Vesterloe, diversos antiquos libros, monasterio a diversis curatis relictos, pariter pro 80 carolis.

A. Av., I, reg. 58, fol. 75^{vo}.

(A suivre).